



tracta aquea Lymphæ parte illico tota concrefcit in gelati-
nam albam, albumini ovorum analogam: quod neutiquam
fperandum de fero incoagulabili & falium tantum fufceptivo.
Queis perfuafus defcribo Lympham per Liquorem limpidum
dulcem & balsamicum ex chylo a fermentante fanguine depura-
to & Archeali glandularum nutritiarum digeftione edulcato ela-
boratum in univerfi corporis nutrimentum.

§. III.

Chylus ergo crudior Lympha eft, quem ex partibus bal-
famicis \circ \circ fis mixtis cum ∇ eis constare fufpicor, cum microscopii
beneficio innumeras bullulas \circ \circ fas discontinuatas disper-
fasque in ∇ a ostendat, non refragante ratione. Evibratus e-
nim fpiritus fanguinis in contenta per villofum ventriculi inte-
ftinorumque periftroma, arteriarum potiffimum exhibens con-
geriem, extrahit ex iisdem menftruorum vitalium ope refolu-
tis partes fubstantificas \circ \circ fas commixtas cum ∇ eis, eadem-
que operâ vaporum fpecie movet ad glandulas intestinales,
à quibus denuò collectæ in vafis lacteis albâ apparent vefte,
fub chyli nomine. Idque, quod hîc almæ matris naturæ ope-
râ fit, felix ejus imitatrix ars ratum facit, quando \circ \circ a aut re-
finas confufas cum ∇ is & conquaffatas lacteum inferre co-
lorem, chyli æmulum oftendit.

§. IV.

Collectus h. m. in lacteis chylus ad comune defertur recepta-
culum & per continuatum hujus ductum unâ cum Lympha fan-
guini infunditur. Qui ut aptus fiat refarciendis œconomîæ defe-
ctibus, heterogenea exuat, necesse est & affumtorû, quem fecum
vehit, charaeterê: econtrario autê jura affumat comunionis vitalis
& civitatis donetur privilegiis. Id verò fermentis fanguinis & glan-
dularum fuprà adfcripti. Est enim hæc fuprema potestas Archei,
qui vitæ præeft gubernaculis, ut fermentorum ope fimbis fuis cli-
entes coaptet qualitates, quæ fi rebelles reluftantur iisdem in va-
rias perturbationû procellas agitant vitæ præfidem, unde enormis
actionum contingit læfio: Experitur igitur chylus novam fermen-
torum vim in fanguine, ut conceptâ tandem in glandulis maturi-
tate Lympha fiat. Operæ foret pretium, indagare fermentantis